Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutiones disputationum de Jndulge[n]tiarum virtute F. Martini Lvther Avgvstiniani Vittenbergensis

Luther, Martin

[Wittenberg], 1518

VD16 L 5787

Con: XXIII. Si remissio vlla o[mn]i[u]m o[...]ino poena[rum]/ po[tes]t alicui dari/ certu[m] est: eam non nisi p[er]fectissimis. i. paucissimis dari.

urn:nbn:de:hbz:466:1-32315

Visual Library

¶ CONCLV: XXII.

Quin/ nullā remittit animab⁹ i purgatorio/ quā i hac vita debuiſſent ſoluere/ ſcd'm Canones.

¶ Hanc non latius aſſero q̄ octauā, ex qua fluit ceu Co=
rollariū, q̄ Canones pn̄iales non tranſeāt in aliā vitā: Quia
om̄is pena tpalis, mutatur in pœnā mortis: imo ꝓpter mor=
tis pœnā tollitur, & tollēda ē: imo finge (vt latius ſuadeam⁹)
Romanā eccleſiā eſſe, qualis erat etiā adhuc tpe. B. Gregorij,
qn̄ non erat ſup alias eccleſias, ſaltē Græciæ, Clarū eſſet, q̄ Ca=
nonicæ pœnæ non obligabāt Græcos, ſicut nec nunc obligant
ſi qui ſunt Chr̄iani, non ſubiecti Papæ: vt in Turcia, Tartaria,
Liuonia. Illis ergo nulla iſtaꝝ indulgentiaꝝ eſt neceſſaria, ſed
tm̄ in orbe Romanæ Eccl'iæ conſtitutis. Si ē go iſtos viuos nō
obligāt, multo minus mortuos, qui ſub nulla eccl'ia ſunt.

¶ CON: XXIII.

Si remiſſio vlla oīm oīno pœnaꝝ/ pōt alicui dari/ certū eſt: eam non niſi pfectiſſimis .i. pauciſſimis dari.

¶ Hanc de pœnis oīm generū intelligo & ſic aſſero, Nā
q̄ remiſſio pn̄ialis ſatiſfactionis poſſit vnicuiq; dari, non eſt
dubiū vt ſatis eſt dictū, Immo hanc concluſionem corrigo &
dico, Q; prorſus nullis, ſiue pfectiſſimis ſiue imperfectis, p̄t
dari oīm pœnarū remiſſio, Quod ꝓbo: Nā licet pfectiſſimis
deus non inferat flagella ſeu. iiij. genus pœnaꝝ, ſaltē om̄ib⁹ &
ſemper, tn̄ tercia manet, ſcz Euangelica: immo & quarta, puta
mors, & quæ mortis & ad mortē ſunt pœnæ, Licet eīn poſſet
deus om̄es perficere in gr̄a: forte ſine pœnis, non tamen ſtatuit
Id facere, ſed ad imaginē filij ſui (.i. crucem) om̄s conformare,
Et quid opus ē multis? Q;tūcunq; magnifice extollatur pœ=
narū remiſſio, Quid queſo efficitur apud eū: qui mortē & ti=
morem mortis atq; iudicij ante oculos habet? Huic ſi oīs alia
remiſſio p̄dicetur, & hæc non remitti concedit, neſcio ſi con=
ſolationis aliquid reportet, Igitur horrorē mortis & inferni
attende: & remiſſiones pœnarū, velis, nolis, nihil curabis, ac ſic
non noſtro ſtudio, ſed rei neceſſitate vilificabunt indulgētiæ,
quæ timorē mortis non tollunt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN